



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

13. Accîdi multis vitam, vt contra eos jure agant, qui in hac vita injuriâ affecti sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

que nihil est, quod orando innocentes, apud mitissimum suum  
Iudicem Deum, non possint impetrare.

Quid hac digressione autem, me velle demonstrare putatis? Nempe illud, tametsi alioqui naturæ vires multis tantæ es-  
sent, vt adhuc longam ætatem possent prouiuere; tametsi etiam  
ipse naturæ author vitam illis longiorem largiri voluisset; tamen  
vitam eorum abrumpi, vt non dimidient dies suos, contra quos  
orant iniustè passi, iniustéque, à iudicibus, magistratibus, aut prin-  
cipibus damnati. Exaudit Deus suos: inimicos autem suorum  
deducit in puteum interitus. Vnde sequitur: *Viri sanguinum, & dolos* Psal. 54.23.

*non dimidiabunt dies suos.* Et cur non exaudiret orantes, quemad-  
modum D. Bernardus vir patientissimus alioqui & mansuetissi-  
mus oravit? Oravit autem ille quoq; his verbis aliquando: *Tuum,*  
*Domine I E S V, tribunal appello; tuo me iudicio seruo; tibi committo* S Bernard.  
*causam meam. Domine Deus Sabaoth, qui indicas iustè, & probas re-* ep. 1. ad Ro.  
*nes & corda: cuius oculi, sicut fallere nolunt, ita falli non possunt. Itaq;* bertum.  
*arbiter meus, Domine I E S V, de vultu tuo iudicium meum prodeat.*  
*Oculi tui videant aequitatem; videant, & iudicent. Illi ergo ipsi, qui-*  
*bis amara est memoria mortis, qui semper in his terris optarent*  
*viuere, caueant, ne alios cogant ita orare, & illos ad diuinum tri-*  
*bal, ex hac vita, ante terminum & tempus, à natura, ab ipso*  
*alioqui Deo concessum, euocare. Esto iudices, esto Duces, esto*  
*Principes, esto Cardinales, esto Imperatores, esto summi Pontifi-*  
*ces sint; Tros Rutulusue fuat, nullo discrimine habebit, qui non ver-*  
*sonas, sed acta solet ad censuram vocare, Deus.*

Hæc dum ita dispuo, scitis quorum peculiariter animis in-  
cidat metus tacitus? Conscientia similis culpæ, parem exitum for-  
midat. Certè si, qui paria antehac ausi sunt, non habuere pares  
citatores; tamen paria ausuri in metu esse debent, ne & illis Deus  
iratus vitae filum incidat. Quinam ergo ex hoc censu sunt? Ex Supra c. 32.  
enumeratis historijs id possumus cognoscere. 1. Qui, Saulis in- 1. Reg. 24.13  
star, æmulatus agunt, &, ob virtutis excellentiam, Dauides suos  
volunt habere occisisimos. 2. Qui beneficiorum immemores,  
sicut rex Ios, Zachariam interficiunt (hoc est, eum, qui ab impie- 2. Paralip.  
tate dehortatur) & filios eorum, quorum benignitate ipsi viuunt. 24. 23.  
3. Antiochi iniqua imperantes, & tormentis perdentes eos, qui 2. Machab. 7  
iniqua exequi recusant. 4. Alexandri à fide deficientes, qui eos 17.  
violentissimè persecuntur, à quibus, in fide, & omni genere dis- 2. Tim. 4.15.

D d d ciplina.